DISSERTATIO IVRIDICA
OBSERVATIONES PRACTICAS

CONTINENS

QVAM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS

AVCTORITATE

PRO GRADV DOCTORIS

RITE CAPESSENDO

PRAESIDE

D. FRID. GOTTLIEB ZOLLERO

COD. P. P. O. ECCLES. CATHEDR. MERSEB. CAPITVL. CVRIAE
IN PROVINCIA SVPREM. ASSESSORE, FACVLT. IVRID. SENIORE
ET ACADEM. DECEMV.

A. D. VII. IVN. MDCCLXXXI

PVBLICE DEFENDET

CHRISTIANVS FRIDERICVS SCHNEIDER

LAVCHSTADIENSIS

LIPSIAE

EX OFFICINA LOEPERIA

VIRO
ILLVSTRI EXCELLENTISSIMO GENEROSISSIMO
LIBERO BARONI
A WEISSENBACH
DINASTAE
IN WILDENHAHN, FRAVENHAHN ET NAVENDORFF
SACRAE CAESAREAE ET REGIAE APOSTOLICAE MAIESTATIS
TRIBVNO MILITVM PEDESTRIVM
PATRONO SVMME DEVENERANDO
INTEGERRIMO VOTO

D. D. D.

CHRISTIANVS FRIDERICVS SCHNEIDER
LAVCHSTADIENSIS

Noscit Te, Vir illustris, mundus heroem, noscunt aduersarii, qui vultum Tibi dare conabantur, brachii valorem Tui, noscunt miseri et egentes mansuetum quo gaudes animum, secundum quem saepe miseriae illos eripiebas, vitamque illis reddebas suauiorem, illorumque preces, de prosperitate Tua aures coeli potentis non praetereunt; et ego, quem singulari dignabaris patrocinio et amore, nosco Te fautorem summo pietatis cultu prosequendum, et Virum insigni pollentem doctrina. Hisce posterioribus rationibus commotus audeo, specimen hoc Tibi humillime dedicandi, quod vt pro ea, quae Tibi innata est humanitate accipias omni qua par est obseruantia oro rogo-

que. Haud alia mihi iam in promptu est occasio quanti Te Tuaque merita venerer, et beneficia quae a Te profecta sunt pia memoria colam, re declarandi. Deum ter optimum maximum indefessis precibus, adoro, vt Te per longam annorum seriem saluum et incolumem, seruet, et id quod mortalibus contingit procul abesse, iubeat. Quibus addere licebit, vt et in posterum patrocinio Tuo non penitus indignum iudicare velis

VIR ILLVSTRIS
NOMINIS TVI
ADDICTISSIMVM CLIENTEM.



OBS. I.

Pecunia hereditaria germ. **Erbe-Gelder**, *ab ea quae ex venditione rerum immobilium distinctis terminis debetur germanice* **Tage-Zeiten**, *vtique differt.*

Pecunia hereditaria secundum Const. El. XXI. P. IIX. vocatur dasjenige was ein Erbe dem andern aus dem Väterlichen oder andern angestorbenen unbeweglichen Güthern zu seiner Abfindung jährlich auf gewisse termine bezahlt: qua propter Carpzov. ad eandem Constitutionem Def. VIII. requirit, 1) vt ex rebus hereditariis coheredi a coherede praestetur, 2) vt debeatur ex titulo familiae erciscundae, i. e. absque praecedente venditione ex causa diuisionis coheredi pro sua portione adsignetur, 3) ex bonis

bonis immobilibus debeatur. Exinde apparet, quod, si bonum hereditarium extraneo vendatur sub lege, vt distinctis terminis pretium sine vel cum vsuris soluat, notionem pecuniae hereditariae regulariter huic debito, nunquam attribuere queamus. Nec obstat quod in Ord. Sax. Tit. XLII. §. 7. legislator, hanc notionem de bono immobili cuius pretium quotannis certis terminis debetur, quoque intelligere velit, ipse enim in verbis finalibus expresse, quod talis pecunia minus proprie Erbe Geld dicatur profitetur, ex quo apparet in regula inter vtramque pecuniam esse discrimen, et id, vti Carpz. P. III. El. XXI. def. 8. defendit, quod in concursu creditorum dicitur, extra casum hunc specialem minime valere, privilegium etenim dedit legislator creditoribus intuitu praelationis conf. Hommel Obs. 365. n. 4. hoc vero sua natura strictissime est interpretandum cum lege *14. ff. de legib. quod contra rationem iuris receptum ad consequentias non producendum*, nec *l. 15. in iis regulam iuris sequi queamus.* His praemissis differentia circa vtramque pecuniam quoad successionem manet. Quodsi enim decedit vxor, pecunia hereditaria cuius dies solutionis venerit cedit marito, ex ratione, desinit esse res immobilis et sapit naturam rerum mobilum, in quibus ius Saxonicum maritum, salua tamen legitima illis, quibus de iure debetur, successorem dicit, cum ex aduerso pecunia, quae ex venditione rerum immobilium distinctis terminis debetur, legibus Saxonicis rebus mobilibus annumeretur, et hanc ob causam post mortem vxoris, siue dies venerit, siue non, vnice marito superstiti permaneat. Hunc in modum pronunciauit Facultas nostra ad interrogationem. Ob wohl Erbe Gelder, welche bey Absterben einer Frauen noch nicht gefällig seynd, dem überleben-

den

den Ehemanne, nicht zugehören, sondern von denen Erben der verstorbenen alleine adquiriret werden,

Carpz. P. III. C. El. XXI. Wernh. P. VII. Obs. XXXII.

immaßen derselben zu denen Immobilibus zu rechnen. von welchen ein Ehemann, weil ihm nur nach Sächßischen Rechten das Fahrniß, jedoch Salua liberorum legitima zustehet

L. R. lib. I. a. 31.

nichts erben kann, und also daß nicht Maeuius, sondern der Defunctae hinterlassene Kinder solche alleine erben, und dem Vater darvon ausschließen, behauptet werden möchte.

Dennoch aber und dieweil unter Erbe-Geldern eigentlich nur solche verstanden werden, welche im Erbe dem andern aus den väterlichen oder andern angestorbenen unbeweglichen Güthern zu seiner Abfindung jährlich auf gewisse Termine geerbt, und verlegt

Carpz. P. III. C. El. XXI. def. 8.

dasjenige hingegen, so die Frau aus ihres ersten Ehemannes hinterlassenen Güthern, als eine Portio statutaria zu fordern hat, oder welches sonst durch das Absterben eines Kindes auf ihr gefallen ist, und von dem Coherede in dem Erb-Vergleiche auf gewisse Tage-Zeiten zu bezahlen übernommen worden, dahin nicht zu ziehen

Carpz. P. III. C. El. XXI. def. 10.

da solches als ein ausgeliehenes Capital anzusehen, welches siue dies venerit, siue non, der überlebende Ehemann, nebst dem übrigen Fahrnisse alleine erbet

Carpz. def. 8. Coler. p. 2. dec. 286. n. 1. et. 33.

so ist derselbe zwar von dem hinterlassenen Bauer-Guthe als einem bono immobili den vierten Theil zu fordern nicht vermögend,

mögend, derer unbezahlten Erbe-Gelder aber nebst dem übrigen Fahrniß, in so weit die Kinder von denen unbeweglichen Güthern ihres Pflicht Theils halber völlig befriediget, sich allein anzumaßen wohl berechtiget

OBS. II.

Leuteratione vel appellatione super sententia, quae probationem iniungit, interposita, fatale probationis non nisi post decendium a publicatione sententiae, super leuteratione latae, currere incipit.

Extra dubium est, id, quod in sententia continetur, non aliter effectum habere, nisi sententia in rem iudicatam transierit. Hinc valet canon: sententia facit ex albo nigrum et ex nigro album. Ad interrumpendam rem iudicatam dantur certa remedia, quibus pars grauuta vti et correctionem sententiae vel per modum leuterationis vel appellationis petere potest. Quamuis vero expediti sit iuris, hoc decendium computandum esse, ab ea hora qua publicatio praesentibus partibus, vel iis absentibus legitimo modo facta, in eorum etenim et contumaciam hac in parte vt procedamus leges iubent. Nihilo minus tamen interdum obuenit quaestio quae hac in parte controuersiam suppeditat. Quod si enim reus contra sententiam quae ipsi probationem, exceptionem, vel actori probationem actionis iniungit, leuterationem vel appellationem ne sententia effectum consequatur interposuit, hoc vero remedium in admissibile dicatur et auctoritate iudicis tale feratur iudicium

vtique

vtique mouetur lis vtrum ſtatim ab eo die, quo haec ſententia partibus publicata fatale, probationis incipiat vel vtrum adhuc decendium ſit expectandum. Alii priorem fouent opinionem, exiſtimant enim decendio non opus eſſe, quoniam ſimulac leuteratio inadmiſſibilis dicatur prior ſententia, quae probationem iniungit, vires rei iudicatae conſequeretur, ab eo tempore vero fatale probationis ſecundum diſpoſitionem legum Saxonicarum currere. Sed poſterior ſententia mihi placet. Agnoſcam hac in parte vt placeat opinio Ord. Recognit. T. XX. §. 5. quae regulam continet, probationis fatale currere ab eo tempore, quo ſententia quae probationem iniungit, vires rei iudicatae nacta fuerit. Interpoſita leuteratione in ſuſpenſo erat ſententia grauans, nec actor poterat conficere probationem, ſed expectandum eſt, quid huius rei cauſa pronunciauerit iudex. Noua igitur ſententia, quae remedium inadmiſſibile dicit publicata, prior ſententia nondum habet vires rei iudicatae pars enim adhuc alio remedio vti et ſententiam impugnare poteſt. Ne igitur rei iudicatae aliquid obſtet et eam impugnet expectandum eſt decendium quo elapſo leges rem iudicatam conſtituunt. Cum igitur haec ſit notio, ex qua cognoſcimus vires rei iudicatae ſententiarum, cur in hac parte a norma recedere et parti hoc beneficium auferre velimus, nulla dari poteſt ratio. Pronunciauit hanc in partem Facultas noſtra. Ob wohl das Fatale probationis in regula nach Verfluß des Decendii von dem Tage der Publication des Urthels, an welchen auf Beweiß erkannt worden, dem Beweißführer an zu laufen fängt, und wenn auf die Unzuläßigkeit der wider ſolches Urthel interponirten Leuterung geſprochen wird, daß ſolches ſeine Krafft erhalten, mithin das

Fatale probationis von solchen anzunehmen angeführet werden könnte.

Dennoch aber und dieweil bey dem fatale probandi nicht bloß auf das Decendium, sondern vielmehr darauf, ob die wider das Urthel eingewandte Leuterung und Appellation aus dem Wege geräumet, und das Urthel, worinne auf die Unzuläßlichkeit des eingewandten Remedii erkannt, in seine verbindliche Krafft Rechtens ergangen, das Absehen zu richten. So kann demselben das fatale probationis nicht eher als post decendium a publicatione sententiae super leuteratione, vel appellatione latae zu laufen anfangen.

OBS. III.

Testamentum legitime conditum, postea per donationem inter viuos factam reuocatur.

Titia testamento, sororis liberos heredes fecit, ex post facto autem donatione inter viuos alteri bona reliquit, et praedictos liberos a successione penitus excludit. Subsecuta morte liberi ad successionem ex testamento prouenientem prouocant, donatarius vero reuocationem testamenti excipit, vtrum haec exceptio valeat et infirmet vltimam voluntatem, quaeritur. Nudam reuocationem non tollere testamentum, quod legitime est conditum, principiis iuris conuenit, et ex lege 27. *C. de testamentis* auctoritatem recipit, quippe Iustinianus sua decisione reuocationem testamenti non aliter valere iubet, nisi post confectionem decennium profluxerit, nec datur distinctio vtrum testamentum

tum coram iudice vel priuatim ſit conditum, cum lege non diſtinguente, noſtrum non ſit vt diſtinguamus. Exinde vera videtur ſententia, donationem ex poſt facto accedentem non infirmare teſtamentum, ſed potius defunctae ſororis liberos ad ſucceſſionem quae ipſis ſemel teſtamento conceſſa, eſſe admittendos. Cui accedit, quod verba ſuſſequentia legis rem luce meridiana clariorem efficiant. Diſtinguit enim Imperator, vtrum aliud teſtamentum confecerit teſtator, vel an verbis declarauerit mentem, vt non valeat teſtamentum. In priori caſu nempe voluntatem ipſo iure tolli, in poſteriori vero irritum eſſe teſtamentum Imperator aſſerit, huc ſpectant verba. *Sin autem in medio tempore contraria voluntas teſtantis oſtenditur, ſiquidem perfectiſſima eſt ſecundi teſtamenti confectio: ipſo iure prius tollitur teſtamentum, ſin autem teſtator tantummodo dixerit non voluiſſe prius ſtare teſtamentum, vel aliis verbis vtendo contrariam aperuit voluntatem et hoc vel per teſtes idoneos, non minus tribus, vel inter acta manueſtauerit, et decennium fuerit emenſum, tunc irritum eſt teſtamentum tam ex contraria voluntate, quam ex curſu temporali.* Contraria ſententia placuit Collegio noſtro, quod ad interrogationem ita reſpondit. Hat Seia ihr errichtetes Teſtament widerruffen, ſtatt deſſelben eine Donation geſchloſſen, und ihrer Geſchwiſter Kinder gänzlich von der Succeſſion ausgeſchloſſen, und es entſtehet, darüber, ob dadurch das Teſtament valide widerruffen worden, Zweifel.

Ob nun wohl nach dem Iure communi behauptet werden will, daß die nuda reuocatio et declaratio ein errichtetes Teſtament nicht aufhebe, ſondern daß überdies erforderlich ſey, daß a tempore confectionis zehn Jahr vorbey geflossen, und hierbey kein Unterſchied, ob die Teſtamente vor

Gericht, oder außerhalb desselben errichtet worden, weil die lex 27. *C. de Testament.* welche den Lapsum decennii, wenn solche einen Effect haben soll, annimmt, keinen Unterschied zwischen dergleichen Testamenten macht, welcher Meynung viele bewährte Rechtslehrer

Stryk. Caut. Test. c. 74. §. 38.

beypflichten, und so gar auch nicht einmal reuocationem, welche doch vor eine bloße reuocationem nicht anzusehen ist, bey Testamentis extraiudicialibus admittiren wollen.

Dennoch aber und dieweil die Sächßischen Rechte von dem lapsu decennii, welcher nach dem Iure communi erfordert wird, abweichen, und bey denen Testamenten, so ausserhalb Gerichte geschehen, nur die Gegenwart derer sieben Zeugen, bey gerichtlichen hingegen, daß diese Erklährung vor dem Richter geschehe erfordern.

Carpz. P. III. C. El. VI. def. 27. n. 2.

Ueberdieses auch die testatrix durch die Donationem inter vivos als einen Actum contrarium von dem Testamente abgewichen, und solches ipso facto cassiret, und aufgehoben, immaßen und da sie das sämtliche Vermögen bey ihren Verleben verschenkt, vltima voluntas aber nach dem Tode cum deficiant bona hereditaria keinen Effect haben kann, so ist die beschehene reuocation allerdings vor gültig und beständig zu achten.

OBS.

OBS. IV.

Insinuatio donationis coram iudice competente, siue concernat, res immobiles siue mobiles, fieri debet.

Communis equidem est sententia, Donationem non requirere competentiam iudicis, sed coram quocunque iudice fieri posse omnes ferme consentiunt. Opinionem hanc partim ex legibus, partim ex notione actuum voluntariae iurisdictionis, confirmant. Prouocant nempe ad leg. 27. *C. de donat.*, sed si hanc legem paulo penitius perscrutari velis nil inuenies quod sententiae fauet. Solum modo enim imperator decidit controuersiam, vtrum donatio coram iudice insinuata etiam quoad bona alibi collocata valeat, et cum in vtramque partem pronunciarunt ICti Imperator vt dubium omne cesset sua decisione certam effecit sententiam, et vt eum, haec insinuatio effectum quoad bona alibi collocata habeat, voluit. Pariter etiam prouocant ad notionem actuum iurisdictionis voluntariae. Non enim negari potest actus contentiosae iurisdictionis iudicem competentem desiderare, cum actor qui conuenit reum et contra eum mouet litem semper forum rei sequi debeat, ast hoc aliter est in actibus quae ex voluntate partium dependent, et actus voluntariae iurisdictionis constituunt, hic enim cum ex consensu partium dependent, et nemo inuitus cogi potest, incompetentem iudicem vt peragatur causa, admittunt, hac ex causa quilibet dummodo testari potest, vltimam voluntatem, coram quocunque iudice conficit, nec vt iudicem sub cuius iurisdictione est constitutus adeat, cogi potest. His praemissis recte concludere putant

putant idem et de donatione esse dicendum. Est enim donatio vere actus qui ex consensu et voluntate partium dependet, et quod de vno actu dicitur, etiam in alio obtinet, nisi specialis exceptio quae vel ex natura rei vel legibus provenit, succurrat. Sed quamuis speciem veritatis hoc assertum prae se ferat, nihilo minus tamen sententiam contrariam veriorem esse putarem. Omiserunt nempe qui ita, vti in prioribus dixi, sentiunt, distinctionem actuum voluntariae iurisdictionis ex qua decisio totius rei desumenda. Desiderant enim alii actus, cognitionem causae, alii nullam. Priores coram incompetente iudice non possunt expediri iudex enim qui de causa non est instructus sententiam ferre nequit, quod secus est in illis, qui causae cognitionem non desiderant, hinc testamenti confectio incompetentiam iudicis admittit, quod secus est in pacto vnionis prolis. Cum itaque donationis insinuatio, quando donatio excedat consuetos solidos cognitionem causae exigat, antequam enim iudex confirmet donationem ad personam donantis pariter quam donatarii respicere et eius conditionem inquirere debet, in aprico est positum iudicis competentiam summe esse necessariam. Confirmat hanc sententiam *Carpz. P. II. C. El. XII. def. 19. Wernher P. V. Obs. I. 29. P. IX. Obs. I.*

OBS. V.

Iuramentum super dolo generaliter deferri nequit.

Non vna eademque est sententia Doctorum, vtrum is qui ex dolo alterum conuenit, in casum negationis iuramentum deferre possit. Est equidem expediti iuris, quod iura-

iuramentum ſit modus probandi ſubſidiarius, quo etiam vti poteſt actor quamuis nihil vel per documenta, vel per teſtes probauerit. Cum igitur media probandi competant vtique illi cui probandi onus incumbit, cur in praeſenti caſu circa iuramenti delationem oriatur quaeſtio, vix introſpicere licet. Aſt re paulo penitius conſiderata, videbis, deciſionem cauſae dependere ex libello, vtrum ex illo ſuntamentum agendi appareat nec ne, iudicis enim officium deſiderat, vt hoc inquirat, cum alias legis diſpoſitio, vt actorem a limine iudicii repellat, iubeat. Ad huius cognitionem in praeſenti ſpectat, vt actor ſpeciales circumſtantias, quae de dolo teſtantur in libello exprimat, hac enim ratione Iudex de dolo et iuſtitia agendi arbitrari poteſt, quod plane alias in caſu, ſi actor tantum in libello ſe dolo alterius inductum et deceptum eſſe dicat. Illuſtrationis cauſa allegabimus reſponſum.

Ob nun wohl die Eydes Delation ein Modus probandi iſt, und einem jeden frey ſtehet, wenn er auch nichts erwieſen, ſich derſelben zu bedienen, zumal da derſelbe als ein modus ſubſidiarius angenommen wird, wannenhero daß bey gegenwärtiger Schenkung über hervorſcheinenden Verdacht, einer unerlaubten Perſuaſion und Coaction, wordurch libertas voluntatis reſtringiret worden, der Donatariae der Eyd wohl deferirt werden könnte, es ſcheinen möchte.

Dennoch aber und dieweil, und in ſo weit als ſpecielle Umſtände, woraus die Faction gefolgert werden kann, concurriren, die Eydes Delation ſtatt findet *Rov. in En. ad Tit. XIIX. en. 10.* ſo mag derſelbe auf ſolche maßen, keinesweges aber dafern in genere auf die Coaction gepfleget wird, der Donatariae der Eyd deferiret werden.

OBS. VI.

Dotem vxor constante matrimonio in regula non repetere potest.

Dotem et eius substantiam ob onera matrimonii sustinenda spectare ad maritum, quis dubitabit? Ex hac causa maritum huius patrimonii dicunt dominum, quod vero, an de bonis immobilibus recte defendere queamus, dubito. Nec placet distinctio qua causam certam reddere velint, dominium nempe esse in directum et vtile diuidendum, prius competere marito, alterum dari vxori, credunt. Fundamentum huius diuisionis ignoro, nec legum auctoritate confirmatur. Quod enim vxori non competat potestas viuente marito disponendi, vel substantiam vindicandi, nihil efficit, multo minus eandem a dominio excludit, sed tantum eius exercitium ad certum restringit tempus, quod saepiuscule circa dominium locum habet, quis enim negabit, pupillum esse dominum rerum, nec tamen durante impubertate rei vindicationes instituere, vel libere disponere potest, cum legis dispositio resistat. Quam ob causam dominium dicimus liberam potestatem de re disponendi eandemque vindicandi, nisi lex, aut conuentio, vel testamentum obstet. Potiore iure dicerem maritum ob imperiu quod coniugium ipsi tribuit esse liberrimum administratorem et usufructuarium rerum ad dotem pertinentium proprietatem vero spectare ad vxorem, cuius asserti veritatem *l. 30. C. de Iur. Dot.* confirmare videtur quorsum spectant verba. *Non enim, quod legum subtilitate transitus earum in matrimonium mariti videatur fieri, ideo rei veritas deleta vel confusa est.* Ex his merito probatur

sen-

sententia, mulierem constante matrimonio, et durante coniugali societate dotem frustra repetere. Dantur tamen quaedam exceptiones, quae petitionem vxoris, vel ob iniustitiam mariti, vel ob aliam iustam, imo piam causam admittunt. cuius exempla sequenti responso communicare licebit. Es hat Titia ao. 1753. wider Paulum als Besitzern des von ihren Ehemanne verkauften Mühl-Guths, bey des letztern Leben, ex tacita hipotheca, ob dotem illatam auf Abtretung des erkauften Guths laut der Beilage sub ⊙. geklagt, ist aber nach dem adiecto sub ☽ mit ihren Suchen abgewiesen, und zugleich pro ratione decidendi angenommen worden, daß das weibliche Einbringen währender Ehe außer gewissen Fällen nicht respectirt werden könne, und es verlangt dieselbe nunmehro

In welchen Fällen ein Weib, ihr weibliches Einbringen durante ad huc matrimonio sowohl von ihrem Manne, als auch von einem tertio possessore fundi, worauf tacita hipotheca, ob dotem, marito illatam haftet, nach dem iure ciuili, germanico und Saxonico repetiren könne.

Von uns des Rechtens belehret zu seyn.

Ob nun gleich ordentlicher Weise der dos, da solcher ad onera matrimonii sustinenda gegeben, und auf den maritum ein ius dominii proximum transferiret wird, weswegen auch die Frau ein ius vindicandi nicht zu exerciren befugt, constante matrimonio und so lange die societas coniugalis dauret, von der Frauen keinesweges repetiret werden kann. l. un. C. si dos const. matrim. l. 2. ff. sol matr. Nov. XXII. c. 39.

Dennoch aber und dieweil die Rechte hiervon die casus, wenn der Ehemann in Abfall seiner Nahrung geräth, und kein Vermögen, wovon die Frau satisfaction erhalten kann, besitzet. L. 29. C. de Iure dot. Colen. de Proc. exec. part. I. c. 2. §. 39. Gail lib. 2. obs. 83. n. 2. l. 24. pr. ff. sol. matr. Petrus Barbosa ad hanc legem Nov. 97. c. 6. Strick in vsu moder. lib. XX. V. T. III. §. 8. p. 350 Carpz. P. I. CXXIX. def. 69. P. II. CXXIV. d. 11. Richter ad avth. Donationem quoque C. de Iure Dot. Werh. P. X. obs. 261. Schilt. in exercitat. ad ff. XXIV. 111.

Ingleichen wenn sie vor das Geld ein Grundstück kaufen, ihren in exilio, oder in der größten Armuth lebenden Vater und Geschwister ernähren, oder die Schulden ihres Vaters, dessen Erbin sie worden ist, bezahlen muß. L. 73. §. 1. l. vlt. ff. de Iure dot. l. 20. 21. ff. solut. matr. Leyser spec. 317. med. l. vsque 8. iunct. med. 11. 12.

Ferner wenn sich der Mann in exilio befindet, und in den Bann gethan worden. L. 1. C. de rep. Brunem. ad d. l. l. 31. pr. ff. sol matr. Men. P. VII. def. 129. Oder wenn derselbe das Weib ohne erhebliche Ursache von sich stößt, und selbiger die alimente denegiret. Gail lib. 11. obs. 83. infin. ausnehmen, und hierbey die repetionem dotis approbiren, einer Ehefrauen, auch wegen ihres Einbringens, das ius tacitae hipothecae in bonis mariti zustehet, weßhalber dieselbe wider den tertium possessorem wenn nur wie bey hipothecis generalibus Rechtens, der principalis debitor ausgeklagt worden. Nov. IV. c. 2. Carpz. P. II. CXIIX. d. 18. lib. II. resp. 72. Berg. in Oecon. Iur. lib. II. Tit. V. §. 13. Act. 3. ganz wohl agiren kann: So ist eine Ehefrau in denen vorhererzählten, und gleichen Fällen ihr weibliches Einbringen durante

rante ad huc matrimonio sowohl von ihrem Manne, als auch von einem tertio possessore fundi, worauf tacita hipotheca ob dotem marito illatam, haftet, nach dem Iure ciuili Germanico et Saxonico zu repetiren befugt. V. R. W.

OBS. VII.

Iniqua sane est sententia, qua affirmant confessionem mariti acceptae dotis, vxori non prodesse, quamuis multis ante concursum annis scripta videatur.

Fauorabilis est dotis causa, cui Const. El. XXII. P. I. priuilegium concedit, vt foemina omnibus creditoribus quatenus non antiquiores expressas habent hipothecas in concursu mariti praeferatur. Vt vero cum effectu fiat, illationem actualem esse factam, probare tenetur. Quod eo meliori iure, est dicendum, cum affirmandi semper incumbat probatio. Hoc vnicum tantum mirandum videtur, quod confessio mariti non id efficere debeat, vt vxor ad iuramentum suppletorium admittatur. Haud idonea est ratio, ex qua Doctores sententiam defendere conantur. Credunt nempe maritum in fauorem vxoris documentum scripsisse, et super dote quam tamen non accepit, apocham dedisse. Quo ipso laesio contingit creditoribus quos vidua ex dolo mariti vincit. Sed non video, quomodo hoc praeiudicium inferre possit vxori, potissimum, cum dolus consistat in facto, et potius in dubio benigniora sint praeferenda. Cum itaque is, qui praesumtione nititur, ab omni proba-

tione ſit immunis, creditoribus incumbit probare dolum, et quam diu hoc non fecerint ſcriptura mariti habetur pro vera. Quid quod miſerrima eſt conditio feminarum, quae tali modo opes intulerunt marito, et praeter confeſſionem mariti omni auxilio ſunt deſtitutae, potius ſine culpa ad inopiam rediguntur, et vnde viuere poſſint ignorant. Cum itaque in omnibus praeſertim tamen in iure ſpectanda ſit aequitas, intermedia via eſt procedendum, nempe vt non ſimpliciter habeamus fidem ſcripturae, ſed vxori iuramentum ad ſupplendum quod deeſt plenae probationi, iniungamus.

DISSERTATIO IVRIDICA
OBSERVATIONES PRACTICAS

CONTINENS

QVAM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS

AVCTORITATE

PRO GRADV DOCTORIS

RITE CAPESSENDO

PRAESIDE

D. FRID. GOTTLIEB ZOLLERO

GOD. P. P. O. ECCLES. CATHEDR. MERSEB. CAPITVL. CVRIAE
IN PROVINCIA SVPREM. ASSESSORE, FACVLT. IVRID. SENIORE
ET ACADEM. DECEMV.

A. D. VII. IVN. MDCCLXXXI

PVBLICE DEFENDET

CHRISTIANVS FRIDERICVS SCHNEIDER

LAVCHSTADIENSIS

LIPSIAE
EX OFFICINA LOEPERIA